



DISSERTATIO JURIDICA ^{1675, 27}
DE ³¹
RETENTIONE, ²

QVAM
Consensu & Autoritate **MAGNIFICI DN. ORDINARIJ,**
& Amplissimi Jctorum Ordinis,

IN
INCLYTA LIPSIENSIVM ACADEMIA,

**SUB PRAESIDIO
VIRI**

*MAXIME REVERENDI, PRÆ-NOBILISSIMI, AM-
PLISSIMI, CONSULTISSIMI ATQ; EXCEL-
LENTISSIMI*

DOMINI

BARTHOLOMÆI LEONHARDI

SCHWENDENDORFFERI,

J. U. D. Codicis Professoris celeberrimi, Canonici Martis-
burgensis gravissimi, Curiaæ Supremæ & Facultatis Juridicæ Assessoris, nec
non Academiae Decem-Viri Spectatissimæ,

Dn. Præceptoris atqve Patroni sui ætatem
colendi,

Publica disquisitioni subijcit

GVOLFGANG. CHRISTOPH. STEINHAUSERUS,

PLAV. VAR.

AUTOR & RESPONDENS.

Ad d. XI. Martii, Anno M. DC. LXXV.

H. L. Q. C.

LIPSIÆ, Ex OFFICINA SPÖRELIANA.

VIRIS,
GENEROSO AC MAXIME STRENUO
DN. JOHANNI GEORGIO
DE DÖLAU,
In Ruppertsgrün / Liebau & Grünwalde/

Serenissimi Principis ac Electoris Saxoniae Camerae Praetorio atque Vice-Cancellario gravissimo, Redituum Steurae ex Circulo metallico & Misnico Collectori Supremo, &c.

U. S.

NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO ATQUE
CONSULTISSIMO

DNO. GABRIELI Voigtlen/

Serenissimi Principis atque Electoris Saxoniae Aulae Justitiae & Metallicorum Consiliario gravissimo, nec non Camerae Secretario intimo, in Elbers & Naundorff Haereditario, &c.

Suis Meccœnatibus, Patronis ac Promotoribus
filiali Observantiâ & Honore colendis,

PRIMITIAS HASCE ACADEMICAS

In sui suorumque Studiorum
recommendationem

Officiosissime offert

A. & R.

Σὺν τῷ Θεῷ μόνῳ!

Llud quod de Alcibiade inter alia scriptis reliquit Cornelius Nepos VII. *c. ult. n. 23.* quod nimirum ille in Mores & vestitum omnium, cum quibus modò versatus fuerit, transire optimè sciverit, adeò, ut nihil illo vel in Virtutibus vel in vitiis fuerit excellentius, non ineptè ad hujus Seculi Præxin referri potest, utpote quæ tota in formandis moribus & simulatione & dissimulatione consistit: Nam sicuti Alcibiades omnes alios externos populos, cum quibus vixit, splendore & dignitate vita, Parsimoniam victus atque cultus, Venatione & Luxuria, omnesque homines vinolentos & rebus venereis deditos longè superavit, quibus effecit, ut apud quoscunque esset, Princeps poneretur, habereturque charissimus; Ita etiam ille moribus hodierni Seculi prudentior, si non prudentissimus, judicatur, qui peritior est fallendi, Petrarch. *de remed. utriusq. fortun. Dial. 62.* & tantò minus hodiè fraus turpis esse putatur, quântò magis quis illam occultare & honesto aliquo prætextu tegere potest, adeò, ut & ille, qui hanc arte non polleat, ne tanti æstimetur. Veràm quemadmodum non solum sapissimè tales Eurybatizantes suo ipsius laqueo capiuntur, inque suum ipsi mucronem incurrunt, & ut plurimum Tragicus ejusmodi farina hominum exitus esse solet, uti experientia quotidiana docet, imprimis autem Exemplum Hattonis, Episcopi Moguntiniensis, qui cum jussu Othonis Imperatoris Henricum Saxonie Ducem torque aurea, ex aurò venenato facta, è medio tollere vellet, ipse propter proditionem factam & inde secuta mala (quia nimirum Henricus nefandà illà operà supra modum iratus, bello devastavit omnia, & proxima quæque Saxonie suæ adjecit, nec sinem grassandi faciebat ullum) mœrore & tristitiâ seipsum confecit, & sic animi aegritudine mortuus est. Mutius *Germ. Chror. lib. 12.* Ita etiam jura saluberrima constituerunt beneficia & Privilegia, quibus

bus defraudatis succurritur & subvenitur, ut sunt beneficium Divisionis ex Epistola Divi Adriani *l. pen. C. de Constit. pecun.* S^Cti Vellejani *s. r. C. ad S^Ct. Vellej.* Restitutionis in integrum, *r. r. ff. de Restit. in integr.* & quæ similia; Inter quæ cum non minimum etiam sit beneficium Juris Retentionis, & sanè consensu omnium maximam in hac vitâ civili utilitatem præbeat, non melius hoc tempus hyemale collocaturum existimavi, si illud ad materiam hanc elaborandam decernerem, illamque eâ, quâ potuit fieri, brevitate, elaboratam publicæ disquisitioni subjicerem. Ut autem hæc ordine & decenter fiant, & feliciter eveniant, DEUS ausis annue nostris!

Sit ergò Bono cum DEO

§. I.

Antequam autem Rem ipsam aggrediamur, juxta monitum Ulpiani in *l. 1. pr. ff. de J. & J. l. 1. §. 1. ff. de Pact.* priùs nominis originem, unde descendat, inquiramus, ut eò meliùs intelligatur, quid sit, de quo disputatur: Dicitur autem RETENTIO à Supino verbi retinere, quod significat *zurück inne behalten* / quando scilicet quis rem alterius sibi oppignoratam penes se tandiu retinet, donec id, quod ratione ejusdem rei debetur, ipsi solvatur. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Ex. 21. th. 20.*

§. 2. Sumitur autem Vocabulum Retentio in Jure nostro multifariam, & quidem (1.) pro dolo malo retinere, quando scilicet quis liberum hominem absque legitima causa detinet, *l. 1. §. 1. l. 3. §. 3. ff. de hom. lib. exhib. l. f. C. de postlim. revers.* (2.) pro impedimento injicere, i. e. quando persona aut res ob non solutum aut præstitum vectigal impeditur, & a suo proposito detinetur, *l. pen. §. 1. ff. locat.* & moribus nostris idem est ac Arrest. Speidel. *Spec. obs. verb. Arrest. n. 90. p. 89.* (3.) pro non dirimere, *l. 22. §. 7. vers. & si quidem. ff. solut. matrim.* ubi matrimonium contractum ob furorem alterutra partis retineri dicitur. (4.) Significat cohibere sive coercere & domare, *§. 8. J. ad L. Aquil. l. 8. §. 2. ff. eod. l. 52. §. 2. verb. nam si muliones. ff. d. r.* ubi minus

visio-
ejani
in in-
enefi-
n hac
ollo-
erne-
a dif-
& fe-

nus robustus aut exercitatus mulio & eqvorum domitor eqvos & mu-
las non retinere posse dicitur. (5.) pro compensare, l. 4. l.
20. ff. de Compens. l. 30. ff. de act. empr. l. 13. verb. Julianus. ibi: quæ im-
penderim retenturum. ff. de negot. gest. (6.) pro detrahere, l. 15.
§. 1. l. 23. ff. ad L. Falc. l. pen. verb. sancimus. C. eod. §. 7. J. de fidei-
comm. hered. l. 21. pr. ff. ad Sc. Trebell. N. 1. c. 3. pr. (7.) pro con-
servare & non amittere, l. 32. ff. de Usufr. l. 1. §. 11. ff. de aqu. &
aqu. pluvi. arcend. l. 3. ff. commod. l. 16. §. 1. C. de Usufr. l. 25. §. 1. l. 32. pr.
§. 1. 44. pr. ff. de acquir. poss. §. 5. verb. per eos quoq. J. de interd. & Tan-
dem (8.) pro detinere ad tempus, donec satisfiat de debito
satisfiat, l. 26. §. 4. inf. ff. de condict. indeb. l. 15. §. f. l. 59. inf. ff. de
furt. quæ ultima & magis propria significatio est hujus loci.

n Ul-
minis
lliga-
pino
ilicet
ec id,
Jur.

§. 3. Dicitur Retentio ratione Effectus Pignoris etiam,
Exceptio Pignoratitia, Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. 26. th. 42.
D. Beier in Harmon. Struv. Schnobel. Disp. 12. th. 12. l. 6. §. 9. ff. com-
mun. divid. Pignoris defensio, d. l. 1. 10. C. de pignorat. act. &
Jus pensationis. l. 18. §. 4. ff. commun. divid. junct. l. 8. pr. ff. de
pignor. act.

ostro
ando
s. i.
im-
so-
etur
idel.
ere,
con-
ni-
d L.
mi-
nus

§. 4. Est autem Retentio actus jure permissus,
quo quis rem alterius penes se ex certa causa existi-
stentem tamdiu detinet, donec satisfiat de debito,
l. 19. ff. de V. S. l. 26. §. 4. ff. de condict. indeb.

§. 5. Causa Efficiens Remota est Jus Civile; Proxima rationes
ob quas ea conceditur, & quidem vel pignus in ista re constitutum,
l. 1. pr. l. 11. §. 4. ff. de pignor. act. l. 4. ff. de pign. & hypoth. l. 10. C. eod.
Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. 21. th. 31. & Ex. 26. th. 42. Vel impensæ in
rem à detentore factæ, Struv. Jur. Civ. Ex. 21. th. 31. vel aliud com-
modum & utilitas, quæ ex re venit, vel damnum, quod ex re illâ ali-
quis sentit, Struv. d. l. Causa impulsiva est æquitas, l. 40. ff. de R. V.

§. 6. Differt Retentio à Compensatione in eo, quod Compensatio
obligationem dirimat & tollat, Retentio autem illam firmam
& efficacem reddat. Amad. Eck. ad ff. tit. de Compens. §. 3. Struv.
Synt. Jur. Civ. Ex. 21. th. 19. & 30.

§. 7. Locum habet Retentio in **Commodato**, l. 18. §. 2.
3. 4. ff. **Commod. junct.** l. 8. pr. ff. **de pignor. act.** in **actione &**
contractu depositi, vi obligationis inde orientis, quā nimi-
rūm deponens depositario tenetur (1.) de omni damno dolo vel quā-
vis aliā etiam levissimā suā culpā alteri, commodum inde non perci-
pienti, orto. l. 61. §. 5. & 6. ff. **de furt.** l. 26. §. 7. ff. **mand.** (2.) ob im-
pensas in rem depositam factas, l. 5. pr. l. 8. l. 12. l. 25. ff. **depos.** ut ergo
illius indemnitati consulatur, depositarius non solum pro damno oc-
casionē rei depositæ, dolo aut culpā deponentis percepto, l. 61. §. 5. ff.
de furt. sed etiam pro impensis in rem depositam necessariō factis,
rem depositam, donec satisfiat, retinere potest, l. 61. §. 1. ff. **de furt.** l.
23. ff. **depos.** ubi tamen nec juramentum in litem obtinet, l. 5. pr. ff.
depos. nec damnatus fit infamis, l. 6. §. ult. ff. **de his qui not. infam.**
in **hereditatis restitutione**, §. 4. & 5. **J. de fideicomm. hered.**
ibi q. **Wesemb. n. 3. Schneidew. n. 1.** pro **detrahenda Falcidia**
l. 15. §. 3. in f. & §. ult. ff. **ad L. Falc.** l. 18. **C. eod.** in **Feudis**, ut ni-
mirūm heres rem feudalem tandiu retineat, donec ipsi de meliora-
tionibus & impensis satisfiat. *arg. l. si in area. ff. de condi. indeb. l. ne-*
cessarius. ff. de pignor. act. Vultej. de feud. l. 1. c. 11. n. 244. & multis aliis
in rebus; de quibus in sequentibus prolixius agetur.

§. 8. Sicuti autem quilibet, qui non jure prohibetur, retinere,
potest, etiam quamcumque rem jure permissam, & ex certā causā obli-
gatam aut oppignoratam, adeo, ut pignus non reddere teneatur prius,
quam debitum, in cuius securitatem pignus est exhibitum, tradatur.
Carpz. P. 2. C. 25. D. 25. n. 1. Ita, licet debitum unum solutum fuerit,
cujus gratiā oppignoratio facta est, adhuc tamen aliud debitum chi-
rographarium extet, propter doli mali exceptionem non adigi potest
ad restituendum pignus, nisi ea quoque pecunia, quæ sine pignore de-
betur, offeratur, l. un. **C. etiam ob Chirogr. pec. pign. ret.** & quidem ex
hac ratione, quia res ex unā certā causā obligata etiam pro alio debi-
to chirographario non controverso detineri potest. **Matth. Coler.**
Proc. Exec. P. 1. c. 2. num. 258. seqq. & nihil refert, sive ante, sive post
contractum pignoris illud chirographarium extiterit, modo liquidum
sit & non controversum (Retentio enim est quædam Compensatio,
l. ult.

l. ult. C. commod. Jam autem debiti illiquidi cum liquido non admit-
titur compensatio, l. ult. C. de Compens. Carpz. P. 2. C. 25. D. 17. n. 8.
9. Berl. P. 2. C. 32. n. 16.) naturaliter & civiliter debeatur, & res op-
pignorata semel pervenerit sine vitio, & cum voluntate debitoris ad
possessorem. Col. d. l. Carp. P. 2. C. 25. D. 25. n. 4. ubi tamen n. 5.
hunc casum excipit, nisi expressè inter partes ita fuerit conventum,
ut soluto debito pignus restituatur. Anton. Fab. in C. l. 8. T. 15. D. 3.
Carpz. d. l. ibiq. Responsum.

§. 9. Licet autem Regula in jure extet, quòd una res pro alia re-
tineri non possit, sed unusquisque suum debitorem ad solutionem faci-
endam solenniter convenire debeat, arg. l. 5. C. in quib. caus. pign.
hypoth. tac. & l. ult. C. commod. Berl. P. 2. C. 32. n. 2. Hec tamen Re-
gula fallit in sequentibus hisce casibus, ita, ut sine ulla controversia
jus Retentionis habeat. Primum Creditor (si nimirum tempore elapso
debitor suum debitum non restituat & solvat) in pignore pro sorte
non soluta, l. 9. §. 2. l. 11. ff. de pignor. act. ita, ut si quidem Creditori
pro sorte fuerit satisfactum, usurae vero adhuc sint in residuo, Credi-
tor pro usuris pariter ac pro sorte pignus retinere possit. l. 4. C. de Usur.
quia Creditor in restitutione pecuniae creditae nullum daninum senti-
re debet. Carpz. l. 5. T. 9. Resp. 93. n. 17. ita tamen, ut si bona debito-
ris in concursu Creditorum aes alienum superaverint, non pro rata,
Creditoribus singulis sit satisfaciendum, & ut unusquisque pro usuris
participet, sed juxta ordinem & cujuscunque praerogativam exsolvi
debent, ita, ut priores & privilegiati etiam excludant posteriores &
minus privilegiatos, ratio haec datur, quia in jure Saxonico nullibi
prioritas quoad usuras Creditoribus est adempta, & sic lege non pro-
hibente omnino servanda est, l. praecipimus 32. in fin. C. de Appell.
Carpz. P. 1. C. 28. D. 164. & 174. n. 2. 3. 4. ubi n. 5. textum expressum.
Ord. Proc. tit. 50. allegat. Rescriptum Torgens. de anno 1583. Tit. von
wucherlichen Contracten. Carpz. l. 4. Resp. 44. & 51.

§. 10. Sicuti autem Creditor res debitoris, ita etiam ratione,
tacitae hypothecae, Carpz. P. 1. C. 28. D. 117. locator omnes inquilin
allatas res pro pensione vel deterioratione retinere potest, l. fin. C. in
quib. caus. pign. tac. l. 2. ff. eod. etiam libros studioforum, Col. P. 2.
c. 2. Proc. Exec. n. 146. & seqq. licet à quibusdam excipiantur, utpote
in quibus pariter ac in armis nec tacita hypotheca, nec Retentio lo-
cum

cum habet, *l. uig.*, 34. ff. de damn. infect. l. 54. s. inter locatorem. 1. ff. locat. additā etiam hāc ratione, tum quia sine eis scholaris commodē aut honestē vivere non potest, tum etiam propter insigne Privilegium, quod Scholares habent, per gl. in l. Nepos Proculo. 125. ff. de V. S. quae dicit, quod in Executione iudicati, quemadmodum arma non sunt auferenda militibus, ita nec libri Scholaribus; Verūm cum hae omnia strictissimē sint accipiendae, ita ut si alia bona adsint, in quae fieri possit executio, retentio non locum habeat in libris, si verō desint, nec armis nec libris parcat, sed indifferenter retineri possint. Carpz. P. 2. C. 25. D. 20. n. 8. Si igitur Conductor delapsō tempore mercedem conventam non solvat, locator illum expellere, omnesque res illius illatas includere, & tamdiu detinere potest, usque dum illi satisfiat. Schneidew. ad s. item. Serviana 7. J. de act. n. 43. quod etiam per se & suā auctoritate efficere potest, l. 34. ff. de damn. infect. l. 54. s. 1. ff. locat. ubi tamen consultius aget, si Magistratus Autoritas & Notarius cum testibus, qui super omnibus inquilini bonis inventarium conficiant, accedat, uti cum Coler. Proc. Exec. P. 2. c. 2. n. 237. docet Carpz. P. 2. C. 25. D. 20. n. 4.

§. II. Porrō Retentionis beneficio gaudet uxor, si mortuo marito illi tanquam viduae ab haeredibus mariti dos illata & bona paraphernalia denegentur, *l. un.*, §. 1. C. de R. U. A. l. f. C. de Pact. l. 29. C. de jur. dot. Hartm. P. 1. q. 4. n. 32. ut non solum bonis mariti cedere, cogi non possit prius, quam illi de iuribus muliebribus plenariē fuerit satisfactum. Landr. l. 1. art. 42. verb. Sol das Weib. & verb. so nitst sie auch. in tantum, ut non solum propria & sola auctoritate sua bona mariti occupare & possidere possit. Const. El. Aug. 33. P. 3. in verb. selbst einzunehmen. junct. s. vor sich selbst zu nehmen Macht haben sol. Verūm etiam, si verbis heredum amicabilibus decepta, quasi statim reddituri essent dotem, ex possessione discesserit, tanquam spoliata restituenda est, Col. de Proc. Exec. P. 1. c. 2. n. 222. Carpz. P. 2 C. 25. d. 8. n. 3. Berl. p. 2. C. 32. n. 4. hāc tamen adhibitā Limitatione (1.) quod uxor sive vidua trigesimo demum die post mariti obitum competentia sibi petere & occupare possit, nō verō ante Const. El. 33. P. 3. s. damit aber. vers. So wollen wir / daß die Witwe allererst nach dem dreissigsten. rationem habet Carpz. ad d. Const. D. 2. n. 3. 4. (2.) quod cibaria domestica hīc excludantur, quae mulier suā propria & sola auctoritate sine consensu



consensu cgheredum vindicare non possit, & ne quidem post trigessimum diem, *d. Const. 33. §.* So viel aber. *vers. So ist sie auch nach dem dreißigsten ohne Bortwissen der Erben.* tum quia comestibilia viduæ tantum ex divisione cum reliquis heredibus competunt, *Landr. l. 7. art. 22.* tum quia ante divisionem factam nulla certitudo haberi potest, quid quantumque cuique, & sic etiam viduæ, proportionem suam competat. (3.) quod vidua non omnia & universa bona mariti occupare & retinere possit, sed ex multis unum & optimum ad concurrentem æstimatæ dotis quantitatem eligere debet. *Berl. P. 2. C. 32. n. 21. Carpz. P. 2. C. 25. D. 11.* Si verò bonum sive prædium istud defuncti mariti lucra muliebria excedat, reliqua vel mediante Inventario, vel mediante juramento, quæ acceperit, indicare, & si quid superfluum, quod non debuerit, acquisiverit, restituere tenetur, *d. C. 33. §. damit aber. vers. So mußte sie auf der Erben Erfodern ein Inventarium vorlegen / oder in Mangel vermittelst eines Eydes / was und wie viel sie zu sich genommen / aussagen / und nach Gelegenheit Erstattung thun.* Et hæc ratione heredes Inventarium à Vidua petere possunt, quod proprio ausu se bonis mariti immiscuerit. *Dan. Moller. ad d. Const. 33. P. 3. num. 6.*

§. 12. Et sicuti hæc tam de Jure Civili quam Saxonico procedunt, *Berl. P. 2. C. 32. num. 2. 3.* ita ulterius ampliatur hæc assertio, quod mulier non tantum jus retentionis habeat in bonis defuncti mariti pro portione statutaria, quam ex Constitutione Electorali aliove jure statutorio ex bonis defuncti mariti lucratur, & in locum dotis succedit, hoc tamen observato, quod mulier ad portionem statutariam, quam petit, [in ejus libero arbitrio est, an petere velit, nec ne; *Const. El. 20. P. 3. in fin.*] dotem suam aliaque bona conferre simul debeat. *d. Const. 20. P. 3. verb. und die Frau in beyden Fällen alle ihre eingebrachte / anererbte und andere Güter / zusamt der Gerade in die gemeine Theilung zu bringen schuldig seyn.*

§. 13. Verum etiam jure petit mulier donationem propter nuptias, *d. Const. 20. P. 3.* eoque nomine jure retentionis gaudet, *Const. El. 25. P. 2. in f.* ratio, quia mulieri pro consequenda donatione propter nuptias datur actio, *l. 29. cum aurb. seq. C. de jur. dor. §. fuerat. 29. J. de alt.* Si igitur mulieri pro donatione propter nuptias adipiscenda competit actio, ergo & jus retentionis. Nam cui competit actio,

ei multò magis datur retentio per viam Exceptionis, Carpz. P. 2. C. 25. D. 10. n. 4.

§. 14. Non ergò est quòd metuant mulieres, ne non defunctis maritis dotibus illatis defraudentur, sed potiùs gaudeant, quòd saluberrimè illis sit prospectum, tum in *Const. El. 25.* tum in *VVeichb. art. 24.* Nun höret und vernehmet. s. deßgleichen darff ich auch. ubi expresse dicitur, quòd mulier non prius ex possessione bonorum defuncti mariti cedere cogi possit, nisi heredes ipsam aut jure aut benevolè contentaverint, die Erben weisen sie denn ab mit Recht oder mit Güte / Carpz. *Lib. 4. tit. 3. Resp. 19. num. 5.* & nihil refert, sive vidua præfens sive alibi locorum degat, quamvis alii, & quidem Matth. Coler. *de Proc. Exec. P. 1. c. 2. num. 220.* opinetur, tunc demum viduæ jus retentionis competere, si possessio vacua, i. e. non apprehensa prius ab herede & sine vitio ad eam pervenerit, quæ tamen Dn. Carpz. *d. l. n. 7. §. segg.* refutat, & quidem ex his rationibus, (1) quòd mulier vivente adhuc marito communem usum & possessionem omnium bonorum jure familiaritatis habuerit, *l. 41. ff. de acquir. poss.* (2) quia de Jure Saxonico maritus & uxor adhuc in vivis omnia bona inter se indivisa possident, *Landr. l. 1. art. 31. §. art. 45.* ita ut quamdiu claves ad prædia tam urbana, quam rustica teneat, tamdiu etiam dicatur in possessione, *l. 74. ff. de contrah. empr.*

§. 15. Ex his itaque firma manet sententia, quòd vidua in præde mortui mariti possessionem bonorum tamdiu immitenda sit, usque dum ipsi de dote fuerit satisfactum, ita tamen, ut in immobilibus sibi vel Curatorem ad bona administranda tribui patiatur, qui viduæ vestitum, victum & habitationem præstare debet, Matth. Col. *de Proc. Exec. P. 1. c. 2. n. 224.* Vel si illum recuset, ipsa administrationem quidem in se suscipere, & absque Curatore bonorum illorum administrationi se immiscere potest. Dn. Carpz. *P. 2. C. 25. D. 13. n. 1.* quia mulier imaginem & jus prædefuncti mariti repræsentat. *VVesenb. P. 1. Conf. 77. num. 9. §. Conf. 50. n. 24.* Carpz. *lib. 4. tit. 3. Resp. 21. num. 7.* Verùm hoc casu mulier frugi materfamilias & non prodiga esse debet, ita, ut omnes reditus & mobilia dilapider & vexet, sed habitâ ratione facultatum mariti victum quotidianum & necessarium & ad satiètatem sumat, etiamsi aliunde habeat, unde vivat, Carpz. *l. 4. tit. 3. Resp. 20. num. 14.* contentaque sit suæ & ipsius familiæ exhibitione, Carpz. *d. l.*



d. l. Resp. 21. num. 4. Id. P. C. 25. D. 14. n. 1. aut loco alimentorum] usuras dotis, quæ alimentis comparantur, omisâ bonorum administratione postulet, non tamen & usuras & alimenta simul, ut ut tam avara & impudica mulieres non difficile quotidiè inveniri possint, Carpz. *l. 4. t. 3. Resp. 21. n. 11. 12. ubi n. 13. & seqq.* has reddit rationes, quia mulier tantùm alimenta percipit, propter moram, quòd dotem non sit consecuta, ex qua se sustentare potuisset; deinde quia etiã loco usurarum alimenta dantur, ita ut si illa fuerint exhibita, usuræ non peti possint, sed simul ac præstitis alimentis & hæ præstita censendæ sint, & contrà. Si verò mulier his omnibus neglectis nihilominus in omni gaudio vivat, ita, ut in rationibus expensæ modum alimentorum superent, ita vel dotalitio illius imputandum statuit. *Andr. Rauchb. P. 1. q. 33. n. 34.* per text. in *Weichbild. art. 24. & Const. El. 25. P. 2. in fin. verb. und ihre Unterhaltung haben sol.*

§. 16. Quæmadmodum ergò mulieri, quãdiu jure retentionis utitur, nihil quicquam præter alimenta necessaria debentur, Carpz. *P. 2. C. 25. D. 27. num. 6.* Ita ne heredes mariti defraudentur, sive bona mariti cum uxoris confundantur, prospectum est illis, ut finito retentionis jure vidua de omnibus mariti bonis in hereditate relictis, & quantum jure retentionis obtinuit, respondere, *Landr. l. 1. art. 52. §. ult. vers. Das Weib antwortet.* Inventarium conficere aut illo non existente mediante juramento rationes reddere, Coler. *Proc. Exec. P. 1. c. 2. n. 233.* & quod singulis annis deductis alimentis & expensis superest, restituere, vel in sortem computare teneatur, *Dan. Moller. 4. semestr. 13. n. 2. Hartm. Pifst. obs. 107. circ. fin.* Carpz. *P. 2. C. 25. D. 14. num. 3. seqq. & D. 27. n. 7. Id. l. 4. tit. 3. Resp. 21. n. 8. seqq.* ratio, quia hoc jus retentionis nihil est aliud, quàm tacitum, quasi pignus, quod mulier in bonis mariti habet. *Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pifst. P. 3. q. 120. n. 22.* fructus autem pignoris in sortem computari debent, latè explicat *Berl. P. 2. C. 1. num. 3. & seqq.* ubi ita etiã in terminis tradit.

§. 17. Tributa tamen & collectæ non à vidua, sed à mariti heredibus sunt præstandæ, tum quia domini ac proprietarii bonorum defuncti mariti existunt, quibus hoc onus incumbit, *l. 4. C. de agric. & confir.* tum quia qui fructus & sic commodum sentit, sentire etiã

debet incommodum, & sic tributa & annonarias functiones agnoscere, l. 7. ff. de publican. l. 1. C. de annon. & tribut. Carpz. P. 2. C. 25. D. 27. num. 3. 4.

§. 18. Quemadmodum ergo vidua tempore retentionis non otiosa esse, sed ad depellendas vanas cogitationes, quas plerumque otia inducunt, ea, quæ didicit, exercere debet; Ita quicquid durante tempore retentionis aut ipsa texit, aut per alium curavit, e. g. omnia panna, linea & filamenta, sive stante, sive soluto matrimonio illa facta fuerint, viduæ tanquam utensilia cedunt, Matth. Coler. Proc. Exec. P. 1. c. 2. n. 228. quia heredibus ad tales operas serviles [ut quæ durante retentione manu suâ perfectis, exinde statim lucro eorum cedere debeat] vidua non obligatur, cum ne quidem marito adhuc durante matrimonio tali servitii jure fuit obstricta, sed quicquid ipsi operata est, illud omne ad mutuuum officium, quod conjuges sibi invicem debent, extendendum est. Matth. Col. d. l. n. 227. Carpz. P. 2. C. 25. D. 15. n. 5.

§. 19. In tantum autem vidua jure retentionis gaudet, in bonis mariti, ut non solum, si amplius retinere nolit, vendere, oppignorare & cedere possit; sed etiam ejus heredibus tam descendentibus, quam extraneis competat, quia sub appellatione heredis etiam extranei intelliguntur, nisi nominatim excipiantur. l. 7. §. ult. in f. ff. de condiçt. furt. Berl. P. 2. C. 32. n. 9.

§. 20. Persectis itaque ex quibus causis viduæ jûs retentionis in bonis demortui mariti competat, nunc etiam videamus in quibus non. Et primò quidem denegatur mulieri retentio, si dos illiquida sit ac controversa, i. e. si majorem dotem vidua postulet, quam reverà solvit, hæredes etiam mariti tantam negent, ita ut controversia super illam apud Judicem oriatur, quia sicuti retentio est quædam compensatio, Carpz. P. 2. C. 25. D. 17. n. 8. ita de debito illiquido ad liquidum non admittitur compensatio, Carpz. d. l. & sic etiam nec alimenta, tanquam effectus retentionis debentur viduæ, quia cessante causâ necessariò etiam cessare debent effectus. Carpzov. lib. 4. tit. 3. Resp. 20. n. 19. & 20. Modò tamen heredes mariti hoc casu satisfactionem & cautionem offerant, quòd in casu succumbentiæ omnia illa sint soluturi, in quæ condemnabuntur. Berl. P. 2. C. 32. n. 15. & 16.

Deinde



Deinde sicuti nulla retentio locum habet, si vidua de dote illata profus non apparuerit, illamque probaverit, nec hoc nomine alimenta praebanda, quia sicuti onus alimentandi est remedium quoddam dorem extorquendi, ita illa non probata nec alimenta locum invenire possunt, quia non entis nullae sunt affectiones & operationes, l. 1. §. 1. ff. commun. praed. l. 5. §. 4. in ff. de in li. jurand. Ita etiam mulier non auditur jure retentionis, si maritus alieno nomine, e. g. ut depositarius, commodatarius vel conductor bona possideat, Berl. P. 2. C. 32. num. 17.

§. 21. Ulterius jus retentionis mulieri in bonis mariti non conceditur, si vidua de illis, quae post mortem mariti illi debentur, vel fidejussoribus vel pignoribus cautum fuerit, quia provisio hominis tollit provisionem legis, text. express. in VVeichb. art. 24. in fin. vers. Hat sie aber Bürgen dafür. Moll. ad Conf. El. 25. P. 2. num. 9. Berl. P. 2. C. 32. n. 13.

§. 22. Cum autem in Jure Feudali aliis foeminae regulariter feudorum capaces non sint, Vultej. de feud. l. 1. p. 34. n. 2. p. 308. n. 1. p. 311. n. 30. p. 313. n. 32. & seqq. Interim tamen foeminae pariter ac masculi jus retentionis non solum pro dote quasi tacitam hypothecam in bonis feudalibus tamdiu habent, donec illis de omnibus fuerit satisfactum, Carpz. P. 2. C. 25. D. 8. Id. l. 4. tit. 3. Resp. 20. num. 7. licet feudalia bona difficilius gravari possint, quam allodialia, d. l. Vultej. d. l. p. 746. n. 244. & 245. & pag. 532. n. 62. adeo ut etiam defuncta muliere ejus heredibus, si nondum illi fuerit satisfactum, retentio competat, Vultej. d. l. sed etiam si impensa & meliorationes a patre vel majoribus ejus in feudum fuerint factae, & pater, priusquam satisfecerint, sit mortuus, jus retinendi tamdiu in feudo habent, donec de meliorationibus, itemque impensis satisfiat. Vultej. l. 1. de Feud. p. 37. n. 104. & p. 746. n. 245.

§. 23. Ultimo loco hic non immerito etiam quaeri potest, an etiam filiius, ratione dotis competat jus retentionis in feudis? Et quia ex inveterata consuetudine ita receptum est, ut filiae ex feudis dotari debeant, Ordin. Proc. tit. 45. §. Es trägt sich auch off zu se. pag. 132. & 133. illud Berl. P. 2. C. 32. n. 29. affirmat, in tantum, ut ex illis prius ut cedant non compelli possint, donec actu & realiter ipsis

dotēs fuerint solutæ, secutus hæc in parte Andr. Rauchb. qui *P. 1. q. 38. num. ult.* ita in terminis tradit. Et sic etiam hæctenus dicta de jure retentionis respectu mulieris sufficiant.

§. 24. Quemadmodum igitur mulieri jus retentionis competit in bonis mariti ratione dotis, ita contra maritus quoque retinere potest bona uxoris, & ex illis non prius cedere tenetur, quam illi de bonis mobilibus in foro Saxonico, vel aliis de rebus, quæ ei ex jure communi vel ex cujusvis Civitatis & Regionis statuto & consuetudine debentur, fuerit satisfactum, Berl. *P. 2. C. 32. num. 28. Landr. l. 1. art. 20. lit. c. ibiq. gl.* tum quia correlatorum ex natura eorum eadem est disciplina, *l. 3. C. de indic. vid. leg. Jul. miscel. roll.* tum etiam quia tempore vitæ communiter & pro indiviso inter se invicem possederunt. Carpz. *P. 2. C. 25. D. 18. n. 3. 4.*

§. 25. Hæc tamen adhibitâ differentiâ, ut sicuti maritus non statim, ut mulier, ex bonis mulieris est alimentandus, quia tempore vitæ uxor marito nulla exhibere debuit alimenta, nisi in casu summæ inopiæ, ubi vir non habeat, unde vivere & se sustentare possit, Carpz. *P. 2. C. 25. D. 8. num. 5. 6.* ita licet viro jure retentionis in bonis uxoris utenti unâ cum mobilibus bonis etiam fructus ex illis & usuræ ex pecuniis elocatis debeantur, cum illas uxore adhuc in vivis etiam acceperit, Landr. *l. 1. art. 31. & 45.* non tamen statim exinde etiam fructus bonorum immobilium uxoris lucratur, tum quia præter assecurationem bonorum mobilium nullum aliud commodum sentit, tum etiam quia maritus dissoluto matrimonio nihil quicquam ex bonis immobilibus uxoris demortuæ [aliud obtinet, cum ambo adhuc sint in vivis] lucratur, Landr. *d. l. 1. art. 31.* nisi bona administranda impensas in illa fecerit, ubi non solum impensæ illæ sunt restituendæ, sed etiam pro præstitâ operâ & labore illi satisfieri debet, quia nemo sine præmii spe laborare censetur, nec mora hæredibus *l. 37. in fin. mandati.* uxoris prodesse debet. Coler. *Proc. Exec. P. 2. C. 3. n. 30.* Carpz. *P. 2. C. 25. D. 19. n. 9. 10. & C. 32. D. 12.*

§. 26. Ut autem ulterius progressum nostrum dirigamus, beneficio juris retentionis utitur etiam Venditor, qui rem venditam mobilem quam immobilem tãdiu loco pignoris retinere potest, usque dum illi totum pretium fuerit solutum, *l. 31. §. 8. l. 57. ff. de adil.*



de edil. edict. l. 13. §. 8. ff. de act. empt. l. 14. §. 1. ff. de furt. l. 22. de hered. vel act. vend. N. 136. c. 3. circa fin. adeo, ut si partem emptor solverit, pars autem adhuc in residuo debeatur, venditor pro parte in residuo debita totam rem detinere possit, l. 13. §. 8. ff. de act. empt. & vend. l. 19. ff. de pign. & hypoth. ubi dicitur, quod qui pignori plures res acceperit, non cogi possit ullam liberare, nisi accepto universo, quantum debetur, l. 41. §. 1. ff. de usufr. l. 9. C. de solut. ratio, quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, l. 74. ff. de R. J. nec bono & æquo convenit, ut quis lucretur cum damno alterius, aut damnum sentiat per alterius lucrum, l. 8. §. si quis de alimentis 13. ff. de transact. nec quis ulli injuriam facit, qui suo jure utitur, l. 24. l. 26. ff. de damn. infect.

§. 27. Nec obstat l. 22. ff. de R. C. l. f. ff. quib. mod. pign. l. pen. C. de collat. fund. var. si quoad (1.) respondeatur, in d. l. 22. non totum debitum esse liquidum, sed tantum solvi debere, quantum constat: quoad (2.) quod d. l. f. magis sit pro l. 19. ff. de pignor. & hypoth. quam ut ei adferretur; diversa enim sunt debita, licet uni debeantur; & quoad tertium, quod hoc saltem fiat, quia emphyteuta Principis ita placuit, ut ejus fisco, quantum habuerint, pensionis paratum tribus vicibus assignent: Cum suis enim colonis paulo mitius agere vult Imperator. Exceptio tamen est in l. 1. §. 4. ff. de reb. eor. qui sub tur. ubi non valet pignus, si minoris 25. annis prædia empta, quoad pretium solveret, loco pignoris Creditori essent obligata, & quidem ex ratione ibidem addita, quia ubi dominium questum est minori, coepit non posse obligari, cum minor non possit rem suam pignori tradere sine decreto, l. 5. §. si pupillus. 2. l. 7. §. 2. ff. d. t. idque tantum in hoc casu, licet in aliis conventio talis licita sit, l. 13. §. 8. ff. de act. empt. non obtinet. Valet itaque omnino contractus emptionis, licet pactum in eo appositum non valeat, Gothofr. ad d. l. 1. §. 4. ff. de reb. eor. qui sub tur.

§. 28. Cum igitur de re mobili nulla adsit controversia, quin venditor bona empta pro pretio residuo etiam extrajudicialiter & sine solennitate judiciali retinere possit, per Text. express. in Ord. Proc. Tit. 46. §. 1. in fin. verb. Was die beweglichen Güter. Illud tamen adhuc

adhuc notatu dignum respectu immobilium non omittendum, sed potius, licet breviter, examinandum putamus, quando inter Dd. quaritur, an contra Statum sive Jus Provinciale Saxonicum in Landr. l. 1. art. 8. juxta quod nulla immobilium extrajudicialiter facta, & quae non auctoritate Judicis & Magistratus fuerit corroborata, hypotheca valeat, *Constit. Elect. 23. P. 2. Matth. Coler. de Proc. Exec. P. 1. c. 10. 194.* si venditor ejusvis rei immobilis parte aliquâ pretii acceptâ, in contractu venditionis in re vendita retentionem & hypothecam expressè sibi reservaverit, usque dum residuum solvatur, an omisâ illa solennitate judiciali hodiè valere possit, ita ut aliis Creditoribus, qui posteriorem hypothecam judicialem sunt consecuti, preferatur, *Ob sich der Verkäufer wegen des Rests an das verkauffte Gut, als ein Pfand / zu halten befugt sey? Dan. Moll. ad Const. Elect. P. 2. num. 2. & seqq. & l. 1. Semestr. c. 4. ut & Berl. P. 2. c. 29. n. 50. per Tit. 46. Ord. Proc. s. Über unbewegliche Erbgüter etc. verb. Sonsten ist dergleichen Verpfändung nicht kräftig. & per arr. 8. l. 1. Landr. acerrimè negant, ubi Berl. d. l. n. 15. ad confirmandam & stabilendam suam opinionem septem affert rationes, ubi videre licet:*

§. 29. Verùm his omnibus contrarii sunt tum Treutl. *V. 1. D. 2. ib. 1. g.* cum Dn. Carpz. *l. 4. tit. 4. Resp. 27. & P. 2. C. 23. D. 16.* qui affirmant, quòd omninò pignus in foro Saxonico in re immobili venditâ pro residuo pretii retentum etiam citra judicis consensum valeat, distinguendo nimirum inter venditorem, qui in rei suae venditione jus pignoris vel hypothecae reservavit, & inter debitorem, qui bona sua Creditoribus suis oppignoravit, ita ut prius etiam extrajudicialiter fieri possit, *Ord. Proc. tit. 42. p. 117. & 118.* & in eo nihil peccet emptor, nisi aliàs per generalem obligationem omnia sua bona & praesentia & futura oppignoraverit; Posterius verò non nisi judicialiter fieri potest. *N. S. D. Tit. 46. p. 135. Const. El. 23. P. 2. ibiq. Moller. & Carpz. ad d. Const. D. 16. n. 13.* nisi crimen stellationis incurrere velit, si aliter faciat, ac rem antea oppignoratam dissimulatâ obligatione alii per calliditatem oppignoraverit. *l. 3. §. 1. ff. Stellion. conf. Wesenb. in parat. d. 1.*

§. 30. Hic



§. 30. Hic tamen probè notandum, quòd si hypotheca contractui emptionis inserta esset, quæ tamen expressam Judicis approbationem non haberet, tamen, si ille contractus vel sigillo judicis vel ejusdem subscriptione firmatus, vel ad minimum ad acta publica insinuatus fuerit, tunc ejusmodi hypotheca omninò valere possit. Carpz. P. 2. C. 23. D. 16. n. 1. 2. § 3. per l. f. C. de re judic. At sola privata pignoris conventio ratione pretii residui nullam prelationem affert. Ord. Proc. Tit. 46. §. da auch ein Gläubiger. pag. 135.

§. 31. Porro jure retentionis etiam gaudet famulus sive ancilla in Domini habitatione, donec illis merces soluta fuerit, ita ut perindè ac Creditores res aliæ bona debitoris usque ad solutionem detinentes, in domo domini habitationem suam retinere liceat, donec mercedem conventam consequantur. Carpz. P. 2. C. 25. D. 22. num. 7. 8. ubi Responsum. Sicuti autem non solum retentio est in pignore, sed etiam sine pignore, l. si in area. 33. ff. de condict. indeb. Anton. Fab. in C. lib. 8. tit. 15. D. 5. num. 3. Ita Popinarius sive Dominus Hospitii jus retentionis habet in bonis hospitantis, quanta ad solutionem unius alteriusvè debite cense concurrunt, Bald. in l. 5. C. loc. n. 5. pariter ac Caupo & stabularius in jumentis in Diversorium illatis pro Tabernâ diversoria & hospitatione Neguz. de Pignor. 4. membr. 2. num. 138. ita ut hæc ratione usus exercentium cauponationes sustineatur, si caupo hospites suos pro cerevisia & vino exsurpro pecuniam solvere denegantes vestibis suis exuat & priver, & tandem retineat, donec satisfaciant, Matth. Col. de Proc. Exec. P. I. c. 2. n. 254.

§. 32. Quemadmodum igitur mulier bona Mariti, & contra maritus dotem ob impensas retinere potest, §. 39. f. de act. l. 5. l. 15. ff. de impens. in res dor. fact. ita, ut si ex utraque parte quantitas debeatur, semper compensatio fieri possit, l. 18. ff. de pignor. act. l. 26. §. si centum. 4. ff. de condict. indeb. l. 4. C. de compens. Ita quoque aurigæ & tabellarii res sive suppellectilia Scholarum, quas advexerunt, vel apportarunt, non solum pro pretio vecturæ convento, sed etiam si aliquid earum rerum
C
nomine

nomine impenderint, & sic pro expensis retinere possunt, Coler.
Proc. Exec. P. 1. c. 2. n. 241. Carpz. P. 2. C. 25. D. 21. n. 5.

§. 33. Pari modo & ratione sicuti Creditor ob impensas non solutas retinere non solum potest rem oppignoratam, *l. 8. pr. §. 2. ff. de pign. act. l. 18. §. 4. ff. commod. l. 25. ff. de pignor. adeo ut etiam contrariam pignoratitiam actionem habeat, d. l. 8. pr. §. 2. ff. de pign. act.* Ita & Commodatarius rem commodatam per textum evidentissimum in *l. si is qui 59. ff. de furt. l. 15. §. f. ff. eod. l. 18. §. 2. §. 3. ff. commod.* ubi dicitur, quod ille, qui sciens vasa vitiosa commodavit, sibi ibi infusum vinum vel oleum corruptum effusumque fuerit, condemnandus eo nomine sit, adeo, ut si quis se deposito obrulerit, non solum dolunt, sed etiam culpam & custodiam prestare teneatur, *l. 1. §. 35. ff. de pos. tum quia qui se obrulit, periculo depositi se allegasse censetur d. l. tum quia est quasi negotiorum gestor: l. 17. §. 3. ff. commod. tum etiam quia nos adjuvari non decipi beneficio oportet, l. 17. §. 3. l. 18. pr. ff. commod. nec quicquam ullum beneficium dando decipere licet, d. l. 1. §. 35. ff. deposit. junct. l. 62. ff. de adil. edit.*

§. 34. Quae autem in antecedentibus de Commodatore dicta sunt, procedunt saltem, si sciens rem vitiosam commodayerit; Si vero à Commodatore ignorante vasa vitiosa commodata fuerint, & ita Commodatario nocuerint, non tenentur, quia commodatum sit accipientis causa, *l. 22. ff. de pignor. act. l. 18. §. 3. ff. eod. ibiq. Gothofr.* Si vero res vitiosa ab ignorante deponente deposita fuerit, non liberatur deponens, sed omnino tenetur, quia depositum deponentis causa fit, & depositario officium noxium esse incivile est. *l. 61. §. 5. ff. de furt. ibiq. Gothofr.* Est itaque retentio iusta & rationabilis causa commodati, non restituti, *l. 20. in f. ff. de acquir. pos. ibiq. Gothofr. l. 12. in f. ff. de vi & vi arm. & consistit in ea modus defensionis omni jure favorabilis, Boer. Decis. 44. n. 19.* imò ipsa compensatione favorabilior, quia re quidem non amplius extante locum habet compensatio, §. 30. *J. de act. junct. l. f. C. de commod.* si vero rem adhuc existentem repetere velim, non obijci potest compensatio, bene tamen



tamen retentio, d. l. f. C. de commod. ibiq. Gothofr. Ratio autem, quod h. l. non possit admitti compensatio, est, quia speciei ad speciem, vel speciei ad quantitatem, & contra, nulla fieri potest compensatio, Zang. de Except. P. 2. c. 6. num. 37. Ricm. Dec. 9. q. 9. Vinn. in not. ad §. 39. f. de act.

§. 35. Ita etiam similiter ex antecedentibus de deposito concludi potest, quod omnino depositarius rem depositam detinere possit, l. 5. l. 23. ff. de pos. licet compensatio sit denegata, dd. ll. à separatis enim male infertur conclusio, l. 20. ff. de minor. Separatorum enim separata est ratio, & à diversis non valet consequentia, sed in separatis separatim est procedendum, l. f. ff. de calumn. l. 12. §. 1. ff. de acquir. pos. modo impensæ in rem depositam fuerint factæ, & non in alienam, Struv. Syn. Jur. Civ. Ex. 21. th. 23. num. 3. pag. 770. Id. in Evolut. Ex. 21. th. 44. pag. 301. e. g. Si quis mihi equum tanquam depositum reliquerit, & petierit, ut illi interdum pabulum & alia subministrarem, Dominus verò equi rediens nolit impensas in equum factas solvere, retinere possum equum tamdiu, usque solvat. Non verò locum habet retentio, si ob alienæ rei impensas detinere velim, sic e. g. si quis mihi vas sachari aut alterius speciei aromaticæ tanquam depositum reliquerit, deponens autem mihi aliàs debeat, & rediens petierit vas sachari, ego verò retinuerim, usque dum residuum debitum solvat, quæritur, num locum habeat retentio? & resp. quod non, quia debitum non est in eadem re, sed diversâ, l. f. ff. de Calumn.

§. 36. Nihil autem in contrarium facit l. 11. C. de pos. ubi planè retentio in deposito negatur; Verum sicuti hæc lex non excludit retentionem ob impensas in rem factas, sed tantum accipienda de compensatione & retentione ex diversa causâ; Ita distingvendum inter retentionem depositi ex aliâ causâ, & inter retentionem, quæ fuit ipsâ contractûs causâ. Prior omnino prohibita est in d. l. 11. posterior verò non. Struv. dd. ll. Ricm. Dec. 9. q. 10. in f.

§. 37. Non ergo prohibet, quò minus & emptor rem alienam emptam, si evincatur, retinere possit, l. 45. §. 1. ff. de act.

C. 2

empt.

Falsit Aug. est nonnulli
loci asserit qd. dicitur
rei p. p. nullam ee
retentionem

empt. ubi dicitur, quòd si mihi quis alienam arcam vendiderit, & in eam ego aedificaverim, postea verò illa area à domino evincatur, illam per exceptionem doli mali tamdiu detinere possem, usque dum omnia, quæ impenderit, restituerit, *l. 14. §. 1. ff. commun. divid. junct. l. 16. C. de evict.* Et sicuti locatori in bonis Conductoris pro pretio convento licita fuit retentio, ita etiam è contra conductor in domo locatoris pro expensis necessariis, quas in domo locatoris fecit, pari jure utitur, *Matth. Coler. de Proc. Exec. P. 1. c. 2. n. 240.* modò tamen (quod probè notandum) non respectu alterius rei factæ fuerint, *l. 5. pr. in f. ff. de imp. in res dor. fact.* tùm quòd correlatorum eadem sit natura & ratio, *arg. l. ult. C. de ind. vid. roll.* tùm quòd Regula generalis permittat, quòd res debitoris pro expensis & meliorationibus in ea factis retineri possint, *d. l. 5. j. l. 14. ff. de dol. mal. except. l. 20. ff. de A. & A. P. Carpz. P. 2. C. 25. D. 21. n. 1. 2. 3.*

§. 38. Porrò Advocatus & Actuarius seu Notarius Actus Judicii & Processus Clientis tamdiu secum retinere potest, donec ipsis de honorario satisfiat, *l. 25. in f. ff. de Procurat. l. 14. §. 1. ff. commun. divid. Gail. 2. O. 12. n. 5.* quia operæ impensis æquiparantur, & labor operantis justam retinendi causam habet, *Coler. Proc. Exec. P. 1. c. 3. n. 246.* modò non fuerint publica, vel publicam utilitatem respiciant; Tunc enim non locum habet retentio, quia potior semper habenda est ratio publicæ quàm privata utilitatis, *Carpz. P. 2. C. 25. D. 23. n. 5. 6.* & tandem retinere potest fur calceos, & sartor vestes, donec ipsis de mercede fuerit satisfactum, licet materia sit aliena, *Gail. d. l. Carpz. d. l. n. 7.*

§. 39. Materia Retentionis sunt res alienæ tam mobiles quàm immobiles, *l. 59. ff. de furt.* Nomina, *Molignat. rr. q. 270.* Res Ecclesiasticæ, *c. 1. de integr. rest.* Res minorum, *l. 39. §. f. ff. de mino.* Decimæ & Reditus, *X. Q.* de anno 1555. §. *Als auch den Ständen.*

§. 40. Forma Retentionis consistit in nuda rei alienæ detentione ex certa & justa causa, sine animo possidendi, *l. 14. ff. de dol. mal. except. l. 10. §. 1. ff. de A. & A. P.* tam in judicio, quàm extra illud fieri potest, ita tamen, ut nulla fatalia currant, quibus jure suo quis excludi possit.

§. 41.

§. 41. Finis Retentionis est, ut unusquisque non habeat, quod d-
metuat de consequendo debito. Effectus verò, quòd retinens ratio-
nes reddere debeat, *arg. l. 2. ff. de neg. gest. obligeturque ad culpam*,
latam & levem, *arg. l. 5. §. 2. ff. commod.* Immunis tamen sit ab omni
onerum præstatione, quæ uniuscujusque rei dominus exhibere obstru-
ctus est, *l. 13. ff. de imp. in res dot. fact.* ita ut etiam jus suum transfer-
re, & alteri vel vendere vel tradere possit. *Mynf. C. 6. O. 82. n. 2.*

§. 42. Contraria Retentionis sunt, si detinens nullam justam
causam probare possit, sive subsecuta fuerit solutio, *pr. §. quib. mod.*
108. obl. quia solutione omnis omninò tollitur obligatio, sive ea na-
turalis, sive civilis sit, *Schneidew. ad d. pr. n. 3.* Affinia sunt Com-
pensatio, pignus, *l. un. C. etiam ob chirogr.* *Repressalia. c. 1. de injur. &*
damn. in 6. *Mynf. 6. O. 1.*

§. 43. Et hæc sunt, quæ de utilissimâ hæc Retentionis ma-
teriâ mihi fuerunt dicenda. Si verò non in omnibus sublimiorem
limam & penicillum adhibuerim, à te, B. L. ut ex æquo interpre-
teris, rogo. Quibus etiâ hanc nostram Disputationem fi-
nimus & claudimus. DEO Ter-Optimo Maximo aterna
sit Laus & Gloria!

F I N I S.

Μόνος τῶ Θεῷ ὁξῆται!

C 3

Disse-



Differis egregie, quanam sint jura TENENTIS,
Indeqve dicta Tibi jura retenta doces.
Postea, ceu tenus hac, si cura Retentio Legum,
Mox poteris praestans obtinuisse decus.

Per-Eximio atqve Praestantissimo
DN. RESPONDENTI,
Auditori suo haftenus strenuo,

*gratulante calamo
scrib.*

GEORGIUS HEINZ, J. U. D.



Dum Tibi materiam concinna RETENTIO
praestat

Publica solenni pulpita voce sequi.
Omen adesse mihi iusta ratione videtur
Plurima quod Themidis praemia larga feras.
Haud equidem RETINET Tibi munera laudis Ap-
ollo,

Et quoque dereliquo non RETINEBIT,
ova!

εὐχέδιστε

JOHANNES BALTHASAR *Salkner*/
J. U. Cand.

Alma



Alma domum faxò fultam Themis elocat.
Inde
Pensio debetur. Retinet. Præstando satisfit
Illata. Ast porrò retinet Themis, ære solutò.
En! etiam Noster retinet, qui jura reposta
Promit & asservat fultus fundamine legum.
Sic Retinente tenente, tenendo lucratur uterqve.

AUCTORI

Politis. atqve eleganter Docto

hæc etiam non petenda

præstitit

Joh. Francke / Cizens.



Viderat alma Themis Te, STEINHAUSERE,
rotundo

RETENTIONIS ore jura evolvere,

Læta hinc exultans fertur dixisse: Triumpho!

Tenebit & RETINEBIT Hic famam Patris.

Ita Philicòs gratulatur

GEORGIUS Schaller / N. P. C.




A
 In nomine Domini Amen
 Anno Domini MDCCLXXVII
 die 10 Junii
 In Civitate Lipsiae
 Publice Defensit et
 Defensurum
 Theodorus
 de
 Lipsia

ABSTRACT
 In nomine Domini Amen
 Anno Domini MDCCLXXVII
 die 10 Junii
 In Civitate Lipsiae
 Publice Defensit et
 Defensurum
 Theodorus
 de
 Lipsia

Videtur aliam Theoriae STEINHABER
 Retentionis
 Lipsiae
 Theodorus
 de
 Lipsia


Georgius
 de
 Lipsia



H
 V
 B
 J
 D









ULB Halle 3
005 803 373



1077







bo-
um:
r ea

atri,
nis
s &

ANNO,
h. D.
ector.

DISSERTATIO JURIDICA ^{1675, 27}
DE
RETENTIONE, ³¹

CONFENSU & AUTORITATE ^{QVAM} MAGNIFICI DN. ORDINARIJ,
& Amplissimi Jctorum Ordinis,

IN
INCLYTA LIPSIENSIVM ACADEMIA,

SUB PRAESIDIO
VIRI

MAXIME REVERENDI, PRÆ-NOBILISSIMI, AM-
PLISSIMI, CONSULTISSIMI ATQ; EXCEL-
LENTISSIMI

DOMINI

BARTHOLOMÆI LEONHARDI
SCHWENDENDORFFERI,

J. U. D. Codicis Professoris celeberrimi, Canonici Martis-
burgensis gravissimi, Curiae Supremae & Facultatis Juridicae Assessoris, nec
non Academiae Decem-Viri Spectatissimi,

Dn. Praeceptoris atqve Patroni sui etatem
colendi,

Publicae disquisitioni subjicit

GVOLFGANG. CHRISTOPH. STEINHAUSERUS,
PLAV. VAR.

AUTOR & RESPONDENS.

Ad d. XI. Martii, Anno M. DC. LXXV.

H. L. Q. C.

LIPSIÆ, EX OFFICINA SPÖRELIANA.